

Ad locum superiorem Aegaeus Alexander interpretum vetustissimus commentaria scribens ait iustitiam Pythagoreos vocasse numerum quatuor vel novem, occasionem vero et Solem et Minervam ipsum septem. Quinque vero nuptias, unum mentem  
5 et essentiam. Duo opinionem, motum, impositionem ob eas causas, quas ibi satis prolixè recenset.

Et Philoponus in iis commentariis, quos in Metaphysicos omnes scripsit, quos nos ex Cypro nobiscum attulimus, ad hunc locum ita scribit:<sup>12</sup> *Symbolice enim Pythagorei dicebant numeros<sup>viii</sup> naturales formas et hos principium non materiale, sed definitivum, quia*  
10 *etiam numerus terminat numerata, dicebant ergo ipsum 5 iustitiam, veluti medium inter 10 et 1, ipsum vero 7 occasionem seu tempus<sup>ix</sup> ob septem lunae figurationes, unitatem vero mentem, ut impartibilem, dualitatem autem animam, quia hinc, illuc. Ipsum vero 3 opinionem,*  
15 *quia non sit terminata, sed primus est indivisibilis et inconstans. Ipsum vero 4 corpus simpliciter, ipsum 5 physicum corpus, ipsum 6<sup>x</sup> animatum corpus, quia per 3 primo impari animam et pari corpore. Ipsum autem 10 mundum, quia susceptivus ille quidem numerorum, hic vero omnis corporis. Quare decem etiam dicebant sphaeras inerrabili et septem errantibus et terrae addentes antichthona.*  
20

Quae expositio, quamquam diversa sit ab Alexandria, quod antenus idem accidisse Pythagoricis his mathematicis putandum

<sup>12</sup> συμβολικῶς γὰρ οἱ Πυθαγόρειοι ἀριθμοὺς τὰ φυσικὰ εἶδη ἔλεγον. καὶ τούτους ἀρχὴν οὐχ ὑλικὴν, ἀλλ' ὀριστικὴν, ὅτι καὶ ὁ ἀριθμὸς ὀρίζει τὰ ἀριθμούμενα. ἔλεγον οὖν τὸ Ε. δικαιοσύνην, ὡς μέσον τῶν Ι. καὶ τοῦ Α. τὸν δὲ Ζ. καιρὸν [ἢ χρόνον] διὰ τοὺς Ζ. σχηματισμοὺς τῆς σελήνης. τὴν δὲ μονάδα νοῦν, ὡς ἀμερῆ. τὴν δὲ δυάδα ψυχὴν, ἐπεὶ πόθην, πῆ. τὸν δὲ Γ. δόξαν, ἐπεὶ οὐχ ὄρισται, ἀλλὰ πρώτη ἐστὶν ἀδιαίρετος καὶ ἀβέβαιος. τὸν δὲ Δ. τὸ ἀπλῶς σῶμα, τὸν δ' Ε. τὸ φυσικόν, τὸν δὲ ς. τὸ ἔμψυχον σῶμα, διὰ γὰρ Γ. πρώτου περιττοῦ τῆς ψυχῆς καὶ ἀρτίου τοῦ σώματος. τὸν δὲ Ι. κόσμον, ἐπεὶ δεκτικὸν τὸν μὲν τῶν ἀριθμῶν, τὸν δὲ τοῦ παντός σώματος. διὸ καὶ δέκα ἔλεγον τὰς σφαίρας, τῆ ἀπλανῆ καὶ ταῖς ἑπτὰ τῶν πλανωμένων καὶ τῆ γῆ συνείροντες καὶ τὴν ἀντίχθονα.

<sup>viii</sup> Corr. ex numerus

<sup>ix</sup> U grčkom citatu nedostaju riječi ἢ χρόνον, dodane su prema latinskom prijevodu: *ipsum vero 7 occasionem seu tempus*.

<sup>x</sup> Grčki znak za broj 6 zove se ἐπίσημον.